



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

S. Petrum, & B. Virginem SS. Triadem. 176

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

cemiū habuit: quod supra docuimus: atq; indidem cōualuit. Nec multō post vigili, ac, nescio quid, de castimonia tuenda sollicito, Cælitum Regina cum filiolo, inter mirificum splendorē se obiecit: ac gaudiis omnibus imbutum, timore statim fædarūq; rerū illecebra liberauit. Præterea manrelæ grauibus ac velut assiduis animi scrupulis cōpunctus: postea quàm Panicum merum debellauit, sublimium deinde voluptatū communicatione recreabatur. Et stabat fortè in gradibus ædis S. Dominici, pieq; diurnas preces magnæ Virgini numerabat: 176 cum repentè animus illi diuina luce collustratus, in sanctissimā Triadem cæpit aspectare; & quādam eius rei imaginem felicibus etiā oculis impertire. Quare immodicis solatorū imbribus perfusus, nō singultus temperare, nō lacri

lacrimas potuit erumpentes ab-  
stinere: & lingua diu aliud loqui;  
& aliud cogitare mens requirit,  
quã quod insperato vidisset. 177  
Conatus aliis interim aliisque si-  
militudinum vmbriis, rei prodi-  
gium explicare, audientes in stu-  
porem rapiebat. Certè confestim  
super illo argumento cõmentari  
incepit; ab eo tempore nunquam  
visus perspicuis cognitionib. de  
natura, deque illo Triadis arca-  
no destitui. Quin scriptum in ta-  
bulis diurnis reliquit: pluriũ an-  
norum studio, se ad luculentiorẽ  
scientiam non fuisse euasurum:  
neque maioris lucis in hac mor-  
talitate capacem, quã quãtam  
ab eo viso hausisset. Alio quoque  
tempore, repræsentedatus illi est  
modus, quo DEVS orbem ex ni-  
hilo quondam procrearat. 178  
Tum in S. Dominici cœnobio,  
cũ Sacris litaretur, ipsaque demũ  
hostia